



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Thesavrvs|| Locorvm|| Commvnivm|| Jvrisprvdentiaē

Barbosa, Agostinho

Lipsiaē, 1697

Cap. CXXXIX. Pudicitia. Castitas.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-80071](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-80071)

collatione 4. ff. ad L. Aquil. non quod à populo, sed à plerisque gloriæ & virtutis causa exhibetur. Bertazol. in trakt. claus. test. claus. 31. gloss. 2. n. 7. Goedd. 1. Consil. Marp. 28. n. 25.

II.

Publicè quæ fiunt, nulli licet ignorare. cap. 1. extr. de postulat. pralat.

III.

Publicè quod alicui non licet, licet in secreto. c. tua 3. extr. de cler. peregr.

IV.

Publico juri nullus renunciare potest c. si diligenti 12. extr. de foro compet. c. contingit. 36. extr. de sent. excomm.

V.

Publicum jus pacto privatorum non tollitur. cap. si diligenti 12. extr. de foro compet. vid. sup. c. Pactum.

VI.

Sicut privatorum injustitiam passos Imperatores adjuvant, sic & publicum illatum manere volunt. Nov. de mandat. Princip. 17. c. 1.

VII.

Munus & officia propriè sunt diversa: Omne quidem munus ratione causa efficientis & autoritatis publicum est, sed ratione usus privatum. l. 14. §. 1. de mun. & honor. Publica porro munera vel sunt realia, vel personalia: illa, vel mera, vel mixta: personalia sunt (ratione utilitatis) vel privata, ut tutela, cura: vel publica, ut quaestura, syndicatus, legatio, & hæc propriè munera appellantur. l. ult. §. 28. de mun. & honor. Officia autem consistunt in honorifica Reipubl. administratione, sive cum sumptu, sive sine sumptu contingant. l. 14. ff. de mun. & honor. atque definitur munus privati hominis (ad hoc electi: ita Goedd. ad l. 18. n. 20. de V. S.) ex quo commodum ad singulos universosque, remque eorum imperio Magistratus extraordinarium pervenit: ita postulatio non munus, sed officium publicum dicitur. l. 2. ff. de R. I. quod ante electionem non, post eam autem sit necessarium, colligi licet ex l. 214. & l. 239. §. munus de V. S.

IX.

Quod publico semel usum suum præbuit, e. g. aquæductus, via publica, non potest in privatorum redire potestatem nec Rescripto Principis, nec præscriptione longi temporis. l. 9. C. de aquæduct. l. 2. C. de viâ publ. immemoriali tamen tempore præscribi potest l. 4. C. eod. vel etiam 40. annorum, si mutetur forma usus publici. Perez. C. de aquæduct. n. 1. 2. 3. sic palatia principis à nemine inhabitari possunt l. un. C. de Palat. & D. m. nisi ea quæ sunt in Provinciis à Rectoribus earum, ut ab iis reparentur. l. 14. C. de offic. Rector. Provinc. Ita nemo privatus potest curia publico uti l. 6. 11. & 16. C. de Curs. publ.

IX.

Publica pecunia magis privilegiata est quam privata. hinc qui publicam pecuniam principis mutuo accipit vel dat, quadruplum resarcire tenetur, etiam si cautio præstita sit. Hinc & qui publicam pecuniam surripit, lege Julâ peculatus tenetur, cum furtum pecuniæ privæ non nisi privatum delictum sit. Perez. C. de his, qui ex publ.

tion. mut. pec. n. 2. 3. segg. susceptor publicam pecuniam occultanti manus amputatur. Nov. 17. §. coges. Interdum capite plectitur, hodiè mulctatur. Perez. C. de suscepi. n. 22. qui pecuniam publicam ultra annum penes se retinet, tertiâ parte amplius mulctatur. Confer Brumm. C. de auri publ. persecutor. ubi Ripa ponit casum, quo exactor pecuniâ publicâ uti potest.

X.

Temporis prolixitas juri publico non nocet. Nov. 30. l. 6. C. de oper. publ. itaque Fisco opponi non potest longi temporis præscriptio, omnino tamen 40. annorum, l. 4. C. de præscript. 30. ann.

Limita: si à fisco petantur tributa, census, Canones præteriti temporis, concessio principis & 40. anni simul requiruntur. l. fin. C. de fund. prærimon.

CAP. CXXXIX.
Pudicitia. Castitas.

Axioma I.

Pudicitia est virtus animi, quæ comitante fortitudine mavult quæcunque mala tolerare, quam malo consentire. cap. ita ne 3. 32. q. 5. itaque cum ea in animo sit, à violento stupratore eripi non potest. c. de pudicitia 6. d. cap. ita ne, in fin. cap. magis 9. cap. illa autem 14. 32. q. 5.

II.

Ut pudicitiam vir ab uxore exigat, quam ipse non exhibet, periniquum videtur. Ziegl. Jur. Can. pag. 488.

CAP. CXL.
Puer.

Pueri (ut qui dicuntur esse intra 14. annos, c. referent 2. extr. eod.) non ita severè debent puniri, sicut majores, cap. 1. extr. de delict. puer. unde nec jurare coguntur, c. pueri. & seq. 22. q. 5. cum consentire non possint. c. tua 24. extr. de sponsalib. vid. infr. cap. Pupillus.

CAP. CXLI.
Punire, Punitio.

Axioma I.

Puniri sine culpa nemo debet, c. cognoscetes 2. extr. de constit. cap. tua 10. extr. de eo, qui cognov. consangu. cap. tua 19. in fin. extr. de homicid. nisi sublit causa, c. sine 23. de R. I. in 6. punitur ergo scilicet quis sine culpa, sed non sine causa, c. ult. in pr. dist. 51. c. significasti 18. extr. de homicid.

II.

Punire peccantem, & nulli nocere, innocentis est officium, cap. non est. 23. q. 5.

III.

Puniri debet occultè occultè peccans, cap. quasitum 7. extr. de penitent. & remiss. & qui deliquit publicè, publicè etiam puniri debet, cap. 1. extr. eodem.